

*Venient ab oriente et occidente,  
et accumbent in regno Dei.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam

13, 22-30

In illo témpore:

- <sup>22</sup> Ibat Iesus per civitátes et castélla docens et iter fáciens in Hierosólymam.
- <sup>23</sup> Ait autem illi quidam:  
«Dómine, pauci sunt, qui salvántur?».  
Ipse autem dixit ad illos:
- <sup>24</sup> «Conténdite intráre per angústam portam, quia multi, dico vobis, quærent intráre et non potuérunt.
- <sup>25</sup> Cum autem surréxerit pater famílias et cláuserit óstium, et incipiétis foris stare et pulsáre óstium dicéntes: “Dómine, áperi nobis”; et respóndens dicet vobis: “Néscio vos unde sitis”.
- <sup>26</sup> Tunc incipiétis dícere: “Manducávimus coram te et bíbimus, et in pláteis nostris docuísti”;
- <sup>27</sup> et dicet loquens vobis: “Néscio vos unde sitis; discédite a me, omnes operárii iniquitátis”.
- <sup>28</sup> Ibi erit fletus et stridor déntium, cum vidéritis Abraham et Isaac et Iacob et omnes prophéas in regno Dei, vos autem expélli foras.
- <sup>29</sup> Et vénient ab oriénte et occidénte et aquilóne et austro et accúmbent in regno Dei.
- <sup>30</sup> Et ecce sunt novíssimi, qui erunt primi, et sunt primi, qui erunt novíssimi». — Verbum Dómini.